

Q. B. V.

DISSERTATIONEM HISTORICAM,  
De  
SANCTO  
**H E N R I C O**  
FENNORUM  
**A P O S T O L O ,**

*ALTERAM,*

*Consentiente ampliss. Facult. Philos. Acad. Aboënsis,*  
PRÆSIDE

**ALGOOTHO A.  
SCARIN,**

HISTOR. ET PHIL. CIV. PROFESSORE, BIBLIOTHECAR.  
ACADEM. ejusdemque h. t. RECTORE,  
PRO GRADU

*examinandam sibi*

**ERICUS AND. SUNDIN**  
*Jemtius*

DIE X. JULII, CCCCCXLIX.

ABOÆ, excud. JOH. KÆMPE, Reg. Acad Typ.

St:æ R:æ M:is  
Magnæ Fidei VIRO,  
Illustrissimo atque Generosissimo DOMINO,  
**D: N. HENRICO JACO-  
BO WREDE,**

Savolaxiensis REGIONIS, una cum parte Kymenaegard-  
ensis, Nyflottenensis, Nylandensis & Tavasteburgensis PROVIN-  
CLARUM; nec non Careliae GUBERNATORI excellenti-  
simo, LIBERO BARONI de Eslinå &c.

MÆCENATI SUMMO.

NÆ mibi perverso caleant mea pectora thyrso,  
Splendidi qui nullus vereor ILLA limina adire,  
o Savolaxiadum column, jubar atque voluptas,  
Pontificemque mensa, longa obtivione sepultum  
Sistere, qui priimus temet submittere CHRISTO  
FENNONES docuit terro, PAPAMque vereri!  
At favor immensus, quem mens ILLA aethere nata  
Heroicis nexu junxit virtutibus ARCTO,

Nostra

S:æ R:æ M:is  
Mægnæ Fidei VIRO  
Reverendissimo PATRI ac DOMINO,

D<sub>N</sub>. OLAVO  
KIOERNING,

S.S. Theologizæ DOCTORI celeberrimo, inclutæ dicæ.  
celes Hernæsandensis SUPERINTENDENTII eminen-  
tissimo, Ven. Consistorii ibidem PRÆSIDI gravissi-  
mo, Regii Gymnasii Scholarumqve EPHORO  
adcuratissimo,  
MÆCENATI MAXIMO.

Ut sortis obstinationi meae, quâ sub undecennali ad hanc  
academian commoratione, pietatis & observantiae si-  
gno nullo TIBI Reverendissl. PRÆSUL, spes meae innote-  
scere potuerunt, quomodocunque occurserem, hoc, quidquid  
fuerit serotini fructus atque speciminis, nil nisi legationis  
pontificiae in hanc gentem merita atque primordia comple-  
ctentis, NOMINI magno & praecellentí IUO inscribendum  
putavi. Erunt, qui omnem memet dedidicisse pudorem af-  
firma-

Nostra &, qua premimur, dura inclemensia fate,  
Materiem veniae promittunt fronde serena.  
Advenit ergo, licet nullo nitore coruscans;  
Immemor & prisci nominis titulique superbi,  
De que TUO magno ac illustri Nomine gestit  
Splendorem muruare suum, juxtaque defendi.  
Scilicet in IEmet Numam pietate calentem,  
Aoniique gregis securum agnoscit asylum:  
Fata renascentis patriae miratur, & almae  
Heic Themidis fidum pronus veneratur Achaten,  
Nec prece, nec pretio qui mobilis, excutit artem  
Electere, qua rabies svadet, qua gratia, iustum.  
Mitibus ergo genis prostratum suscipe Mystam,  
Et pietatis eum monumentum extare jubeto  
Auctoris, tacito venerantis murmure Nomen,  
Mæcenas, illustrè Tulli M., meritaque mirantur.  
Sic illa Svediacis splendent quæ nomina fastis  
Seculis Aonides committent clara futuris,  
Et memor illorum grates feret ore modesto;  
Nec prius, hos gelidos spiritus quam deserit artus,  
Desisset, precibus SUMMUM exorare TONANTEM:  
Nestoreos secula ut currant TIBI prospera in annos,  
Ultque comeæ albentes signentur flore juventæ,  
Grandis & Lycia sis sero in tractibus umbra!

Illustrissimi atque Generosissimi Nominis TUI

Devotissimus cliens  
Er. And. Sundin.

firmabunt, quod fastigii immemor illius, ad quod TE-  
met, Ecclesiarum Norrlandicarum ornamento fulcroque,  
NOMINIS providentia evexit; immemor tenuitatis meae, gra-  
tiam TUA M, gracilis & parum elucubrati opusculi bu-  
jus contextu, demererit sustineam. Ast genio illo, quem  
animis excellentibus fautrix natura ingeneravit, fretus, te-  
meritatis speciem hanc ipsam mibi non in deterius, nedum  
vitio versum iri, sed quam ceteris alumnis & clienti-  
bus praestas salutis propugnationem, eandem ad restituendam  
res retro sublap's meas, compellatione rogatum bac-  
ce, non moleste TEMEI adhibitum confido. TUI vero, PA-  
TER & EPISCOPE reverendissime, pium & sincerum novi  
clientis TUI affectum spe sua adminiculoque frustrari ne pa-  
tiare. Et licet alia multa, quam exilia haecce vultu TUO  
aspectuque digna esse agnoscam, suscipe tamen, qua asso-  
les animi generositate obsidem devotionis meae tabellam hanc-  
ce, quam TE penes domi pendere volo, modo quo Apoli-  
ni carmina sua Graeci, religionisque sacrario suo frugum  
primitias Hebraei olim consecravere. Meum erit vicissim  
pro TUA THORUMque, putat nobilissimae familiae sempiter-  
na incolumitate nunquam non preces & indefessas ad coe-  
lum tendere palmas.

Reverendissimi NOMINIS TUI

Devotissimus cliens  
Ericus Andr. Sundin,

*Plurimum reverendis atque praeclarissimis Dominis  
M A G I S T R I S,*

Regii Gymnasi Hernæsandensis *LECTORIBUS* dexter-  
rimis, Consistorii ibidem *ADSESSORIBUS* gravissimis,  
promotoribus atque patronis certissimis, omni ho-  
noris cultu adficiendis.

*Admodum reverendo atque praeclarissimo Domino,*

*Mag. ANDREÆ NENZEN,*

*PASTORI* in Summe longe dignissimo, per australem  
Jemtiæ districtum *PRÆPOSITO* meritissimo, ut studi-  
orum meorum Moderatori quondam fidissimo, ita  
quavis animi veneratione ætatem colendo.

*Admodum reverento atque clarissimo Domino,*

*Dn. MICHAELI HEINTZIO,*

*PASTORI* in Syðmū dignissimo & adjacentis distri-  
ctus *PRÆPOSITO* longe laudatissimo, tauri & bene-  
factori quovis oblervantiae cultu proteqvendo.

*Nobilissimo & perquam strenuo Viro,*

*Dn. PAULO HEINTZIO,*

Legionis equestris *ADJUVATORI* solertissimo, ur nutritio  
olim propensissimo, ita & nunc quoqve ob amore  
in me prorsus paternum, nullo non pietatis  
cultu, *PATRIS* loco, ætatem honorando.

*Plurimum reverendo atque praeclarissimo Domino,*

*Mag. ELAVO FRIESENDAHL,*

*PASTORI* in Gudmunrā meritissimo, ut Informatori  
quondam fidissimo, ita benactori & promotori pia  
mente ætatem devenerando.

*Admodum reverendo atque praeclarissimo Domino,*  
Mag. ABRAHAMO ABR. BURMAN,  
Ecclesiaz Offerdalensis *PASTORI* longe meritissimo,  
per borealem Semitaz districtum *PRÆPOSITO* gravissi-  
mo, patrono atque evergetæ omni honoris cultu  
suspiciendo.

*Admodum reverendo atque praeclarissimo Domino,*  
Mag. ANDREÆ SÖDERSTRÖM,  
Ecclesiarum qvæ DEO in Thuna Medelpadorum col-  
liguntur, *PASTORI* dexterimo & adjacentis districtus  
*PRÆPOSITO* longe meritissimo, ut informatori olim  
accuratissimo, ita qvavis pietate æternum  
devenerando.

*Admodum reverendo atque praeclarissimo Domino,*  
Mag. JOHANNI DAVIDI ALOPOEO,  
*PRÆPOSITO* & *PASTORI* in Låpewirða Savolaxiæ me-  
ritissimo, benefactori atque promotori sincero ani-  
nimi affectu & pietate perpetim colendo.

*Nobilissimo atque consultissimo Viro,*  
Dn. GEORGIO GIUST. SALONIO,  
Dicasterii regii, qvod Abœ floret, *ACTUARIO*  
dexterimo, fautori, benefactori atque amico beni-  
volentissimo.

*Plurimum reverendo atque praeclarissimo Domino,*  
Mag. JOHANNI TOUSTEN,  
*PASTORI* in Nåtra vigilantissimo, ob innumera in me  
collata beneficia, grauissima mente nunquam non ho-  
norando, colendo.

**P**IELAS in me VESTRA, inque literarum cultores nullis non singularis benivolentia facit, ut beneficia illa prorsus singularia, quae in me VOSMET, non contulisti, sed cumulaisti, intra conscientiam premere nullus possim. Serena itaque, qua soletis, fronte religionis Christianae in Fennia primipilum mystam, temporum injuria magis quam sua culpa squalentem, quo alienigenas annis & meritis venerabiles viros adspicere soletis, penes vos vultu sereno hospitioque excipite, & demum memet qui memoriam rerum gestarum bujus, meae in VOS observantiae symbolum extare votui; memet, inquam, measque spes atque fortunas in posterum commendatissimas Vobis habete. Mihi nihil prius, nil antiquius erit, quam DEUM assiduis compellare precibus, ut cum à cura liberali vestra spes & laetitia mea pendeat, Vosmet ad Nestoris annos usque sospites & incolumes praestare velit, ut ecclesiae atque reipublicae quarum bonorum nati estis, alijs super alia, operibus diutissime prodeesse queatis. Fuit haec, est, & erit summa votorum

Admod. reverendorum, præclarissim. atque nobilissimorum Nominum VESTRORUM

Cultoris observantissime  
E. A. S.



D. D.

APHORISMUS I.

**R**eligionem, cuius a coactione immunitatem sanctam voluit, qui menti libertatem indulxit, benignissimus Creator, invalelcente Paparum dominio fastuque, viribus atque armis fuisse propagatam gentibusque obtrusam, nisi in historia holpes, ignorare nemo potest.

APHOR. II.

**P**Erversam istam religionis instaurandæ rationem, quod ad hanc nostram gentem, suffamine injecto, retinuit & compressit quidem laudatiss. per secula IX. X. & XI, Svethiæ Regum prudentia. Ast gubernaculis imperii ERICO IX. rege, plus tatis humili pioque, admoto, pariterque HENRICO Ang'io ad episcopatum Upsal. electo, non solum indigenæ ipsi, sed & Fenni, extra Svethiæ pomœria tum temporis constituti (a), pristini status sui, non naturalis independentiæ solum, sed & conscientiæ libertatis, mox naufragium fecerunt.

(a) Habebant Fenni, teste Vildio, usque a tempore Otbini jun. diversam a Svethis, cum vitae tum quoque impe-

imperii rationem. Eosdem, trebris irruptionibus & dea  
praedationibus, in semet irritare soliti fuere Scandina  
reges, adeo ut saepius, infausto & nomine & omnię,  
bellum in eosdem nostrates movere cogerentur. Affectionem  
illam ut abs se & gente sua in tempore rex removeret,  
instructa classe Fenniam petiat; episcopo comitatus HEN-  
RICO, qui, quam actu uno eodemque, non simplicem sed  
geminam, non civium suorum modo, sed & pontificis Ro-  
mani gratiam Rex initurus esset, si in partes infidelium  
religionis mysteria inferret, auribus ejus insuffrare nus-  
quam intermisit.

APHOR. III.

**S**VETHIS advenientibus, copiasque suas in plani-  
tie illa, iuxta quam semet in mare exonerat  
Aura amnis, explicantibus, Fenos nostros armis  
& dolabris suis adsvetos (a) statim occurrisse, at-  
que agmini hostili semet opposuisse, perplexè ne-  
mo dubitat. Qvo vero duce & subprætore, qui-  
busque prælium iniverint signis, non adeo liquet.

(a) Fenos nostros, flexibilibus libris, thoracis loco,  
galeisque ex unguibus boum & rangiferorum ingenio & ne-  
xis coagmentatisque, coriote ad formam capitii flexo figura-  
toque, Germanorum more veterum, de quibus Cluveri-  
us, indutos fuisse, quae Noutensi cenotaphio insculptae vi-  
suntur paeliantium imagines, nosmet dubitare non sinunt.  
Conspicrat in eandem sententiam, OLAVO MAGNO praeœun-  
te, JUSLENIUS in Aboa Veteri & Nova, qui caleea-  
menti genus illud, eeu proprium, Fennis vindicat. Quid  
quid sit, libripedes (Biorkebenar) bovide sunt etiam,

3

aut si cum ADAMO Brem. loqui velis, himantipodes &  
loripedes, quorum vitae consuetudinem dissitae gentes fu-  
gerint atque reformidarent. Arma quod attinet, arcus,  
fundas & clavas hyperboreis, & quidem praecipue Fen-  
nis, in usu fuisse contendimus, Tacito in illam senten-  
tiam nosmet praeceunte & de gente hac ipsa palam fa-  
tente, quod omnis in sagittis ipsis corum sita fuerit,  
quos ferri inopia ossibus asperarint. Scilicet, in illa pri-  
stini aedi simplicitate & ruditate, quam sanguine, quam  
sudore, necessitates vitae anquirere, magis honestum ha-  
bebatur, quid mirum de meo & tuo controversiam a-  
liis neque armis disceptatam fuisse, quam quae furor  
& festinatio subministrare potuerint. confr. Ol. Magn.  
Libr. II. c. 12, 13. Lucret. L. V. v. 1282. Horat. L. I.  
Sat. 3. Hollbergii Hist. Dan. p. 105. & Cluv. Geogr. p. 338.

APHOR. IV.

**S**vethos, quo jam olim indui consuevissent, ha-  
bitu militari instructos, praeter vexilla ordina-  
ria, S. Olavi, gentium sub arcto communis patro-  
ni, aliasve Sancti, exercitui tuo prætulisse, dubita-  
re nos non finit ævi illius supersticio (a). Hen-  
ricum, πνευματις eorum, ante prima signa stetisse,  
pacemque Fennis, si fidem Christianam amplecti  
vellent, multis obtulisse primum; mox cum ean-  
dem obtrudi sibi minime pati vellent, ferale belli  
classicum intonuisse, quis dubitabit? Ruentibus u-  
trinque, horrendo vociferatu, in pugnam, ad æ-  
mulationem & vindictam nominis Divini ab infi-  
delibus capessendam, legnitie, si qua parte sele-

proderet, pacis tuba pro flabello erat. quo enim ad pie pugnandum efficacius inflammarentur sui, non ante pugnam modo, sed imprimis flagrante eadem, cœlitum confortio actores tragediæ hujus adscripsit, & de eo qvam securissimos esse jussit omnes, qvi in bello, quo non justius aliud, gloriote occumberent (*b*). Ast non ad prælium fortiter capessendum modo, facialium more veterum, tubas & faces fuisse Clericos, sed in ipsa pugna magnis exercitibus præfuisse, testis est experientia (*c*). De HENRICO, quod ab ineunte adolescentia artem utramque, puta occidendi & convertendi juxta coluerit, inqve præsenti conflictu invictæ pietatis experimenta utrinque dede-rit, etiam sine teste certus sum. qvin, neqve alius forte ambiget, qvi de præsumtione, qva ad omnem pace belloque dictaturam hac ætate epi- scopi adspirabant, qvicqvam inaudiverit.

(*a*) Confer sis dissert. Aðoëensem paulo ante vulgatam, de Veter. S. GOTH, religione signorum militarium.

(*b*) Ita cum adversus SVERRUM Sigurdsonium pugnaret MAGNUS Erlingi Norvagiae rex, de ESTENO Archibi- episcopo annales referunt, quod praeconis voce passim & ubique certiores omnes illos fieri voluerit, qvi in acie caderent, quod cœlitum cœtui confortiogre prius ad scriberentur, qvam mortis rigore sanguis obtorpesceret venis iltorum: ESTEN Archebisp i Tråndem lät lyfa på i alla kyrkor / at alla deras Siular/ som falla under K Måns i strid / skulle wara i himmelen förr

förr än blödet blefwe kalt i deras ådror / vide sis  
Nordiska Sagam edit. Hafn. p. 507.

(c) Ejusmodi exemplis plena sunt historiae monumenta.  
PETRUS Suneton Sialandiae episcopus CANUTI R. D.  
Generalissimus fuit in pugna ad Gotawijk Scaniæ, ubi 5. Episcopi & 60. alii S. ordinis viri occubuerent, teste E. Benzolio, monum. Eccl. S. Coth. pag. 224. cfr. Chron. Sialandiae p. 49. Pugnae Machozeni in Hungaria multi adfuere Episcopi, vid. Hübn. Tom. IV. p. 804.

APHOR. V.

Nclinata tandem, fatone an fortitudine ad Svethos victoria, in interiora Oesterlandiæ lemet subduxerunt Fenni (a), Svethis, prædæ habitatione, maritima occupantibus. Captivos, & si qui ceteri escent, qui vietas victoribus ultro dederent manus, non Odino aut Marti, sed aqua baptismali adperlos Christo vovit mitissimus rex; orisqve maritimis Finlandiæ, etiam qvæ Holmgardiam spectarent, pari victoria peragratis, & demum Henrico, qui plenariam gentis conversionem procuraret, apud provinciales cives, relieto, in patriam regnumqve suum ipse rediit; dignissimus, qui in præmium virtutis & meriti non degeneris hujus, elogio insigniretur eodem, quo post eum, non multo interveniente tempore, regum Svethicorum aliis condecoratus fuit, nempe ut sedis apostolicæ filius obediencie cum effectu insigniretur. (b).

(a) Cum Evangelii lux hunc angulum liquido magis col-

*lustrare, & de illis cælo soloque pellendis, qvi Christ.  
detrectarent religionem, regis atque populi edictum ma-  
gis magisque increbescere inciperet, incultas & nive  
geluque horridas, sub arctoo polo terras oceupasse majores  
nostros gentiles, ubi ab omni vi & persecutione tuti-  
ores agere possent; quin, ista in fugam distractio-  
sua demum Lapponibus originem pariter ac nomen dedis-  
se, magni nominis viri conjiciunt. vide sis Scheff. Lap-  
pon. illustr. p. 50. & Nettelbladii, qvi eum securus est;  
Bibl. P. 1. p. 95.*

(b) Quale elogium MAGNO Ladulaogio a Papa tributum  
fuisse observat nobil. Vilde p. 415.

APHOR. VI.

**H**ENRICUS cum sociis in Fennia relictus pagos  
ac vicos pererrando, & ad ea, qvæ videri  
poterant velificari suæ religioni, advigilando, su-  
um non segniter ausplicatur munus Apostolicum.  
Admittentibus cœleste verbum, Christumqve fide  
apprehendentibus baptismum contulit (a). di-  
vinæqve mensæ dapes & pignora porrexit. Cre-  
scente fidelium numero, idoneis locis oratoria in-  
stituit, functionibus ecclesiasticis aliis atqve aliis  
commodius peragendis apta (b). Templorum  
substructionibus sedulam & negotiosam contulisse  
operam, qvi de zelo pietatis ævi illius novit, ne-  
mo dubitat. Qvod verò pietatis munus idem ad  
effectum perducere non potuerit, interceptum o-  
pinione citius mortalis ævi curriculum illius in  
causa fuit (c).

(a) Per immersionem, non adspersionem, lavacro mystico  
tin-

tinctos fuisse Fennos, labrum, cuiusmodi in Nousensi templo aliisque hospitis sacrorum locis etiamnum multa supersunt, non obcurè innuit. Qvod non episcopus ipse modo, sacramentum administraverit, sed per diaconos suos identidem etiam conferri curaverit, BINGHAM in antiquitatibus eccles. testis est, qui, sive ipsa suffecerint elementum baptizando, sive episcopo baptizanti porrexerint, avarioli inde dicti fuere.

(b) Pio huic usui inservisse aediculam ex silvestri materia confectam, quae ab aede sacra Nousensi non integrum balistae jactu abest, in vulgus recepta, & immemorialis praescriptionis auctoritate donata fabula est; cui nostrum nos neque difficulter adjiceremus suffragium, si quae mythico olim aevo obtinuere corporum transformationes, statui Christianismi, jam ante invalescenti, quocunque modo convenienter, & in instanti vetus dominis cala parva duobus in templum verti posse, hoc nostro tempore cuiquam credibile videatur (\*). Quidquid verò illud sit, in humili penetrali illo sancta DEI elogia facundo eloquio fudisse Mystem nostrum, publice & palam inveteravit opinio. (\*) Ovid. Metam. 8. lib. vers. 701.

(c) Quoties in partibus infidelium gens Christianis initiaretur aliqua, omnia, quae reperiebantur, idololatrica fana & in immensum saepe spatium diffusa nemora iucique, clero & ecclesiae mox cesserunt. Ex ipsis vero excisis & demolitis, certe ad pietatis sui seculi genium usumque transformatis, templa, monasteria & nosocomia mox surrexisse, veteres historiae ecclesiasticae scriptores plus simplici vice memorant. Ejusmodi in

Fennia quoque extitisse idolorum delubra, frondium sacra & incaedua vireta, sub nomine Hjidenkangat (ristinkando & phithes=paidea b. e. loca sacra) hodie quoque conspicua, testes sunt; planumque insuper efficiunt tabularia aevi illius ecclesiastica, quae GREGORII Papae IX. in autographo bullam monstrant, qua lucos & delubra, ritibus paganis gentis nostrae deputata olim, THOMÆ Fennorum episcopo ejusque novellae ecclesiae, erogavit. Quin divus ERICUS gloriam pietatis & munificentiae eandem, quam Constantinus, Theodosius, Luidovicus pius aliique imperatores Christiani ante eum solicite adeo aucupavissent, vehementer & ex animo affectaverit, qui de pietatis zelo & aemulatione illius, quidquam noverit, nemo dubitat. certe non dubitat ISRAEL Erlandi biographus Divi hujus, qui cetera inter memorabilia hoc novo orbe gesta, refert ecclesiarum in novelli gente fundationem etiam; Sed cum non nisi exiguo tempore apud Fennos exegerit ERICUS, propius vero judicare illi sunt censendi, qui ad fundandas ecclesias auspicia Regis non defuisse ajunt, si quae verò aedes sacrae illo tempore excitatae fuerint, ductui & ordinationi Praefulsi HENRICI, curam illam penitus in acceptis referendam esse. Conspirantem in illam sententiam confer sis Chronicus incerti auctorem apud Netelblad, Bibl. I. p. 114.

APHOR. VII.

**B**Arbariem cum absurdâ pietate plerumque conjunctam, ad curanda lumina quæque regni negotia, Clero Pontificio viam aperuisse, res est notis-

9

notissima. De episcopis Finlandiæ, qvi primis post  
*HENRICUM* temporibus federunt, id constat certe,  
qvod non cancellarii regum, consiliarii que modo  
fuerint, sed senatorio lato clavo ornati unà cum  
ecclesiasticâ, politicam dignitatem juxta gesserint  
(a). Qvod hunc nostrum attinet, etiamsi in ordinem  
regni senatorum non ipse, neque ceterorum  
præsulum aliis quisquam, *ERICO* regnante, electus  
fuerit, qvina, qvæ regis & regni negotia fuerint,  
ille nihilominus, supremo legationis jure, qvamdiu  
vitæ superstes esset, in hac gente administraverit,  
canto minus ambigendum, qvanto præceptum illud  
de non re gravioris momenti aliqua in regno  
fuscienda, sine consilio summi Sacerdotis, multo  
ante regi insulurasset; & ad consolidandam felicitatem  
domitæ nuper gentis vel præcipue pertine-  
ret, ut non nisi prudenti & egregiè cordato viro  
in manus traderetur procuranda respublica.

(a) *confr. Dijkman, in antiquitt. Eccles. S. G. p. 243. seq.*

*& 151. addesis Part. prior. bisteriae hujus §. X. it. Oern-  
hielium Hist. Eccl. p. 123.*

*APHOR. VII.*

**S**Acrorum protomysta noster, tot munerum emi-  
tientia suffultus, ut plenariam ecclesiæ dire-  
ctionem, qvam cum sacerdotio connexam, abs-  
que repræsentatione pœnæ frivolam, exangvem iñmo  
nullam esse existimavit, ad se pertinere ostenderet,  
*Lallium*, virum in hac regione, sicut *OERNHIELMIO*  
audit, ortu & munere magnum, ob homicidium

quoddam perpetratum, sævissimo mox ferit excommunicationis fulmine (a). Barbarus autem, qui non alium in terris DEUM vel dominum, quam lacertorum nervos viresque suas agnovit, cum se vita civili, & humanitatis jure omni, confortiique cum aliis fruendi potestate privatum animadverteret, illatam absenti sibi suæque domui injuriam (b) ulturus, HENRICUM, Kiuloënsi lacu exceptum securisque, quam humeris portabat, promiscuis ieiibus prostratum, per illustre, si Diis placet, martyrium, ad cœlestia regna transmisit, circa annum 1158. (c).

(a) Pœnarum, secundum sacram pontificiorum mathesis proportionatarum, varii fuerunt gradus, quorum supremus & veluti culmen, supra quod ascendere noluit eorum pietas, erat solemnis excommunicatio, quae accensis lucernis & pulsatis campanis peragebatur; omnibus. sub eadem pœna, interdictis, ne ullum cum excommunicato amplius commercium haberent. Hanc pœnam, quam cum extrema infamia conjunctam ipsa etiam natura abborret, gentilium neophytis, nullaque de verò DEO ejusque cultu genuino, notitia adhuc imbutis, intempestive, si quid legi Divinae suæque religionis adversum commisissent, insisterunt nuncii & tubae Zionis istæ. id quod non potuit non ethnicorum in christianos adangere odium, progressum religionis sufflaminare, persecutions, exilia, perque tot regiones a conversoribus axie quaesita promovere martyria.

(b) Labore & inedia prope consumtum ad Lallii aedem dixer.

II

divertisse HENRICUM, cibum sibi denegatum, vi quidem, numerata tamen pecunia, uxori abstulisse, dicitur in orbis Ar-  
etoi Rosâ ab ecclesiaste urbis hujus Andr. Hasselqvistio,  
ante annos plus quam sexaginta, camenis bisce dicata.

(c) In determinando anno ejus emortuali non convenit in-  
ter historicos. Vastovius annum 150. Bazius proxime  
sequentem ipse fatalem adsignat. Nos Oernhielmium  
ut tutiorem sequimur.

#### APHOR. IX.

**S**ublatum a Kiuloënsi lacu cadaver in ædicula  
subterranea qvadam, pro more temporum illo-  
rum conditum & depositum primum (a), mox ex-  
eqiali solemnitate inde elevatum & ad illum lo-  
cum, ubi templum Nousense (b) & in eo astabre  
exsculptum ejus sepulcrum hodie visitur, trans-  
portatum fuisse, qvi hoc tempore in ecclesia ob-  
tinuit martyres funerandi mos, inter causas,  
qvæ cultum divinum absolverent, prope præcipuus,  
nos dubitare non finit.

(a) Confr. Rhyzel. de sepult. S. Gotb. P. II. p. 150. Tem-  
poraria ejus sepultura, cadavere invento, facta statim  
videtur in aede illa, cujus rudera etiamnum in Nlisterå  
Kumâensis parochiae, conspiciuntur; qvae exilia licet &  
minuta sint, qualia illius in Håga desolati Upsaliensis  
facelli: non dubitandum tamen, qm Christianismo ejus-  
que confessorum confessui paucitatique aevi illius sedes  
ista qmmodocunque sufficerit. Quidquid sit, aedem &  
septum exite illud, ejusque ad Sacra, loco & regio-  
ne illa peragenda, opportunatatem, testimonium qnam-

vis obsoletae, non tamen exoletae antiquitatis esse existimavaram, confessis Messen. Secund. X. pag. 5.

(b) Phaleratos funeri condendo praemissse egrus, lampadas signaque practulisse veteres, imprimis vexillum Christianorum illud (  Rikowapnet ) notum est, cfr.

RHYZEL. l. cit. de Sepult. S. G. p. 156. & 158. add. Basnag. bish. eccl. Tom. II. p. 631.

(c) Non onerosam magis, quam operosam pietatem, una cum religione ab exteris inventam, qvin sancte observaverint satrificuli heic loci superstites, & praeeuntibus ipsis, exilio turba eorum, qvos religionis assecas sibi, tantillo spatio colligere potuerint, etiam sine auctore, nemo dubitat.

#### APHOR. X.

**S**Epulcrum ejus, utut sanctitatis opinione maxime venerandum, opere tamen & impensis vice ante inclaruisse videtur, qvam post seculum unum alterumve, qvo episcopus JOHANNES Stub, Parisiensis studii non multo ante rector (a) de condendo, exterorum more, martyris penes sepulti (b) magnifico monumento consilium agitare (c) & sumitus operi perficiendo colligere coepit.

(a) Parisis Svecanae juventutis florem sub papismo operante studia dedisse, res est notissima, inque dissertatione de initia rei literariæ in Svetbia, pluribus propediem evictum iri confidimus. Cur non Romae, licet a papæ non simplici vice invitatae, sed cum Gallis Francisque literarum commercium colere maluerint sub arcto gentes, in ceteris causa esse potest sanguinis cognatio & perinde socios.

socialis & civilis vitae communio, quae Franco-Gallis veteris & recentioris aevi cum Normannis, puta Scandianis Vanis atque Vandalis, nullo non tempore intercessissent. Quia super re pererudita eademque gemina differatio Profess. BRINGII de originibus Francorum & Normannorum, itemque in Franco Gallia HOTIOMANNUS, ut ceteros in d̄ssert. prōiore citatos historicos taceam, consuli utiliter & opportunè possunt.

(b) Virgula itaque notari meretur dissertationis de origine & religione Fennorum clariss. Auct̄or, qui p. 33. monumentum hocce sola fama tantum notum adserit, cum integrum idem a non unius intervalli, sed iterata plurium annorum dominatione hostili, bodie quoque palpandum proset. Ecl̄ypon illius, praesidis curā studioque, ante aliquot annos abs Alstrimo (Laur.) juniore, viro juvēne dexteritatis ingenuae, delineatum in archivo antiquitatis servatur. Sponsorem me dedi ante tres annos, fore, ut incisa aeri imago sepultri integræ opellae ad exitum adductæ huic annexetur, maturandaque rei istæ momentosæ magis quam operosæ diem & opportunitatem non simplici vice redeuntem sufficere credidi; sed cum per occupationes, nescin quas alias, publico sculptori non fuerit otium concessum operaे peragendæ illius; nostræ neque paupertinae conditionis sit, quæ praecise ad rempublicam pertinent, impendia praestare, ut quam, nomine non alio magis quam isto, ego nunc quoque in pauca confero historiam gestorum hoc orbe Hinricianorum, aequi bonique consulere velis, L. B. remet officiosissime rogatum volo.

(c) JOHANNES, qui tumbam hancce antecessori suo instru<sup>is</sup>  
euravit, Stub a VASTOPIO cognominatur. Sed cum non  
a JUSTENO, nedum vetustiore historico alio, charactere  
distinctivo eodem a ceteris cathedralae & nominis ejusdem  
episcopus discriminetur, ab A. episcopo E. BENZELIO jun.  
locus non praeter rem corruptus audit. Dicitur Prae-  
fus idem candecorasse sepulcrum Noutense & quidem  
MESSENIO perhibente, iamina aenea. Et id recte qui-  
dem. Quisquis enim curiosa, an vero votiva peregrina-  
tione monumentum ipse adspexerit, non a superficie mo-  
do imaginem martyris festivè sculptam mox intuebitur;  
sed subtilis circuvs quoque scenam vitae illius, suis se-  
ctans actibus, aeramenti & artificii genere eodem ex-  
pressam inveniet. Cum vero quae superne eminet tabu-  
la, excima sui parte arma Tavastiorum pri<sup>cae</sup> gentis,  
successoris puta MAGNI OLAVI dextrorsum & sinistrorum  
repraesentet, ne quae pro JOHANNE publicis li-  
teris sunt testata, pro MAGNO vero cenotaphii hujus  
instauratore, æs iplum loquitur, in controversiam tra-  
bere velle videar, aeramenti indomiti & rudioris acqui-  
sitionem Johanni: ejusdem vero caelati venustatem rela-  
gioni liberalitatiq; successoris deberi, pro non incerto affir-  
maverim. Imaginem verò & religionem divi loquax  
metallum sequenti elogio prosequitur: O vita commen-  
dabilis! o mors desiderabilis! propterque venera-  
bilis hic Pontifex fit similis in gloria Sanctorum.  
Commenda nos amabilis pater & honorabilis mar-  
tyr, regi cœlorum!

## APHOR. XI.

Peracta cæde, facillum ligneum, saltem exile & minusculum exuviiis *divi* hujus primum datum tuisse portum, modo diximus. Inibi verò, donec *Nousensis* templi, quæ hodie est, substructio facta fuit, reqvieuisse, papæi ævi annales universi contentiunt. Quid, neque aliter res ipsa se habere potuit. Cum enim de monumento, quod hodie superest, non nisi tertio post seculo consilia iniri cœperunt, requiem in illo neque, nisi prius: evolutione tanto temporis spatio, reliquia adipisci potuerunt. Quid? quod de prælenti cenotaphio non inuste quis dubitaverit, utrum honore recipiendi funeris *divi* huius umquam extiplenduerit? Nempe si secum ipsa constant, quæ de translatione reliquiarum *MESSENILLIS* perhibet, quod instaurata templi & urbis hujus cathedra, cineres & ossa *Henrici* die XVIII. Junii anno supra millesimum trecentesimo, argenteo inclusa loculo inter anathemata hujus loci referri cœperint, temporis habita ratione, cenotaphium *Nousense* reliquias S. *HENRICI* sua nunquam conclusisse cryptâ, & perinde ævi illius peregrinationibus neque frequentatum tuisse, res ipsa loquitur (a).

(a) De ossibus & exuviis *Henrici* in urbem & templum cathedralē hocce accitus, iisdemque loculo papistico egregie exornato repositis, quæ oculis suis ipse videbit, in Rosa arctea Prof. *HASSELQUIST* loquitur. Ultrum vero genuina an supposititia fuerint, lectorum certorem idem.

idem non facit. Quidquid sit, ex brachio S. Henrici  
*anno mscxiiii*, cum titulo ultimae antiquitatis, pergamenae chartae inscripto, inter vetera templi hujus analecta  
 se non multo ante vidisse, testis est ipse dissertationis hu-  
 jus Praeses; cui, cum inter fragmina ossium infinite  
 multa haec quoque se offerret particula, & mox suc-  
 cureret quam sine reliquiis sanctorum heroum, aevi i-  
 stius arae & templa consecrari nulla potuerint; imo san-  
 ctum magis habitum fuisse locum & hominem quemlibet,  
 quo reliquiarum copia praestantissimarum majore a-  
 bundaret: de S. HENRICO Scandianorum primi ordinis  
 heroë, ejusque reliquiarum scilicet pro explorato pro-  
 pe ipse habet, & una cum ipso nos etiam, quod con-  
 tusa est collecta illa, non quae domi sunt ecclesiis solum,  
 sed & exteris fidelium partibus muneri multo ante con-  
 cessa fuerint. Sancti ERICI reliquiis quid acciderit, quo-  
 modo exterorum pietati dono modo, partim etiam prae-  
 dae cesserint, in monumentis suis Peringskioldius II. 53.  
 nosque in sequentibus modo dicturi sumus. Veteris di-  
 sciplinae placitum quodnam leipsonalatriæ & leipsono-  
 clepsiae isti occasionem dederit, alii viderint. Id com-  
 pertum babeo, quod cineribus suis animas martyrum  
 semper adesse crediderint, & forte adhuc credant Roma-  
 nenses; inveterataeque opinioni in maius provehendae isti,  
 cum vera & sine fraude urna testium veritatis  
 horum deficere inciperet, obvia & ignota ossa ab iis-  
 dem subiecta & pro veris merisque substituta fuerint. Hinc  
 quae de nostri martyris ossibus holofericò sacculo inclusis  
 & ad Douglasti perditum regimen usque integris serba-

et deinde auctoritate regi alii multi peribent, utrum sine exceptione vera sint censenda, scepticis aqua adhuc baeret.

*APHOR. XII.*

Cum viderent olim Christiani gentilium multos ad fortitudinem inflammari laude & commendatione anniversariâ illorum, qui nobili pro patria morte occubuerint, ne in ecclesia deessent incitamenta ad constanter sustinenda martyria, non natalem martyrum modo, puta diem, quæ e vivis excessissent, venerati sunt, sed & umbras & cineres, prout dictum modo fuit, sacerdis circumdatos velamentis, cultu religioso prosequuti fuere. Illa quæ ἵθελθεντο καὶ species, procedente tempore canonizationi pontificiæ occasionem dedit. Canonizatio quid involvat, & quomodo in solemnem atque minus solemnem, seu quod idem est, canonizationem proprie sic dictam, & beatificationem dispesci soleat, ceu rem in dissertatione de parallelismo apoteoseos veteris & recentioris ante modo expostam explanatamque transilimus. Gentibus sacra pontificia professis, præcipue vero Fennis & Sveo-Gothis publico cultu honoratum fuisse HENRICUM, sculpturæ, (a) indulgentiales bullæ (b) sigilla, (c) nummi (d) vexilla & litaniæ (e) quvarum in agendis ecclesiasticis freqvens mentio occurrit, testes sunt minime fictæ. Quo vero tempore illa in album sanctorum facta relatio fuerit (f), solemnis Romana ne, an vero minor, puta episcopi delegati declaratio quædam sit censenda, factis illitū nusquam reperitur.

(a) In basilica Uptaliensi seriei aulacorum, quibus S. E-  
RICI memoria intexta fuit, insertam etiam fuisse ima-  
ginem divi nostri; immo formam eadem marmori inscu-  
ptam una cum elogio: ex cœlo S. Henricus, ab in-  
troitu, qui meridiem spectat, hodienum manifesto quoque  
confici, PERINGSKIOELDIUS auctor est. Ne de argentea  
Holmensi statua ejus, centum & quadraginta librarum,  
nec non generis ejusdem Aboensi, & demum decapitati  
illius sculptura Rendemecheni quid dicam. Verti-  
cem praeceps inibi sinu gestat truncum corpus. Utrum  
vero fabellam de S. Dionysio, cum amputato capite plus  
quam milliaris spatio procedente, ante oculos suos habue-  
rit bujus nostri operis architectus, aliorum judicium  
est. & Parisiensis ecclesiae martyrum monte, studii Pa-  
risiensis nostros olim alumnos mythistoriam illam addidi-  
cisse, & in usu fusae per nostram gentem superstitionis  
ejusdem, transferre potuisse, verisimilitudine non careat.  
Conferat Peringk Öld. monum. Upland. II. 128. Spegels  
Biskops Crönick. pag. 392.

(b) Devotioni S. Henrici peculiarem in ecclesia Uptaliensi Ca-  
pellam institutam, inque illius altari martyris max repositas  
fuisse reliquias; & demum indulgentiarum, ceu inferiarum, ul-  
tro citroque data fide, Reges & clericos & laicos, pre-  
pue vero Petrum Almning metro solitanae urbis Sena-  
torem, praeter pensiones locatarum aedium, tabernas mer-  
ciem institorias & demum numeratam pecuniam testa-  
mento nuncupasse, Peringskioldius beat. mem. idem, Uplan-  
dic. antiquiss. parte altera, pag. 13. & 32. quoque testatur.  
(c) Una cum Pastorali virga, quotquot beneficiis ecclesia-  
sticis,

sticis, prae ceteris digni habiti fuere, pontificalis hono-  
ris insigni, annulo, in veteri ecclesia quoque donabantur.  
In calendario Runico ante sexaginta circiter annos pu-  
blicis expresso typis, annuli sigillo, juxta cum sceptro e-  
piscopali, natalem S. HENRICI expressum quisque vi-  
dere potest. Illud verò, cum episcopus renunciaretur, a  
SVERCHERO tributum muneris gestamen quomodo ami-  
serit, neque sine prodigio idem recuperatum fuerit, cum  
ad ea, quae de miraculis dicenda restant, transitum  
modo fecerimus, pluribus exposituri sumus.

(d) Nummum S. HENRICI, seu genii loci & ecclesiae hu-  
jus, iconem referentem, Aboae cudi fecisse STENONEM STU-  
RILLAM seniorem in expeditione versus Moschos consti-  
tutum in thelauro numismatum S Goth aeris pos-  
sestor ipse auctor est BRENNERUS.

(e) Peplo Minervae intexere effigies heroum, inque by-  
mnos saliares referre nomina eorum soliti fuere Athe-  
nienses. Fabulandi prurigine mendacem Graeciam imita-  
ta vetus Roma, imagines & statuas divisorum in pompa Cir-  
censi suā circumferre non minus illa solebat. Ad carmina-  
lia cultum & religionem sanctorum in ecclesia papaea  
quoque descendisse, & si qui essent, qui nutu gestuque  
sacra missatica violare sustinerent, non nisi severissima  
persoluta poenâ, culpam expiare potuisse, qui oppidi Ko-  
pingensis historiam consignavit, auctorclarissimus L.  
L. Svetlicar. pluribus exemplis probatum ivit. quo cum  
Binghamus de enthronisticis precationibus conferri po-  
test. HENRICO verò in hemisphaerio boreali hocce primae  
magnitudinis lumini, supplicationes ejus generis crebro

factas & debitateratas fuisse per celebres festosque dies illius ( döds och skrönliggnings högtider / die XIX Januarii & XVII Junii ) cantata ode subsequens satis apte demonstrat.

Cœtus noster latus esto,  
Pro Henrici sacro festo,  
Qvem elegit, qvem dilexit,  
Qvem ornavit, qvem erexit  
Divina benignitas.  
Ortus in Britannia,  
Pollens Dei gratia,  
Supernā providentia,  
Pontifex efficitur.  
Clarus in Upsalia;  
Demum pro Justicia,  
Decertans in Finlandia,  
Pugil Christi moritur.  
Miris signis & variis  
Sanctum suum prodigiis,

Declarat venerabilem,  
Deum verum, qvem coluit  
Amavit atqve docuit,  
colendum & amabilem.  
Martyr DEI jam laborum  
Et mercede tormentorum  
Summo bono, sine metu,  
Et sanctorum fruens cœtu,  
In aeterna gloria.  
Te laudantem nostrum cœtū,  
Et in tua laude latum,  
Fae in cœtu Angelorum,  
Sempiterna beatorum  
Perfrui lœtitia !!

(f) Canonizatio S. HENRICI, quo consule, seu verius pontifice Romano, facta fuerit, admodum inter se diffentiant scritores. Peringskieldius ab ADRIANO papa II, qui Nicolai Albanensis sub nomine gentilitio, episcopum Upsaliensem eundem paulo ante consecraverat, anno caedem proxime sequenti in diuos relatum autumat. Erat, non nego, pontificum aevi utriusque curare cultum divinum, inque diorum numerum referre, qui propter meritā divinis honoribus digni judicabantur. Ast cum pro ADRIANO papa, apotheosis HENRICI auctore & pr. motore tēsem non adducat idoneum aliquem, ne qui-

quidem VASTOVIMUM, quem unice sequitur; ad scopum proprius collinasse bastam dixerimus OERNHIELMUM, item de pontificibus aevi illius, quod non contenti tantillo temporis spatio, longum magis intervallum depopescerint ad explorandam certitudinem & frequentiam miraculorum; quae ad obtinendum id genus immortalitatis, via in Latio unica eademque anfractuosissima exsisterit. Igitur ambagis & perplexitatis longae illius non ignarus Messenius, BONIFACIO papâ sedente, post annos CXL primum elogio beati nostrum donatum fuisse censet. Nos, siquidem, una cura translatione reliquiarum, miraculis aevi illius multo ante inclaruisse, & perinde festivitatem & cultum nominis HENRICI aetatem BONIFACHI anteveruisse novimus, de eodem neque dubitamus, quin ante illum papam, minimum seculo medium currente tertio decimo, Romanae sanctitatis auctoritate illâ condecoratus fuerit. Confer sis BEN-ZEL. monum. pag. 36. & 37. ubi episcopi Aboensis natione Vestro-Gotbi, medianteque illo, miraculi a sancto nostro in Vestrogothis patratis mon vigiliarum, invocacionis, intercessionis & festivae acauditionis illius mentio injicitur. Ante vero Bonifacium multo, eposhiam W. Gothorum Finlandiae episcoporum expirasse, chronicorum fide tantum non omnium ecclesiae bujus, partem constat.

### APHOR. XIII.

CUM in claustris & cellis monachorum bonarum artium ratio & exercitium pridem omne prope lateret, neque res alia magis cordi esset iis, qui

qui ad pietatis & honesti amorem iuventuti faciem præferrent, quam ut revelationibus, apparitionibus & confictis prodigiis auctoritatem ordinis suo conciliarent, corruptelis non unius generis incestari fuere discentium animi; certe orbis historia vix sine vitio aliqua ad posteros transmissa tuit. Hinc qui ecclesiæ Sveo-Gothicæ conditionem ævo illo, quo *HENRICUS* floruit, consideraverit, narrationes multas rerum gestarum & vitæ memoriæ illius sele infudisse, in prodigium vix unquam trahet. Nos certe pudet & piget, quod de miraculis divi hujus, tot anicularum lucubrationes in locum veritatis suspectæ sint, imo puderet ipsum quoque, si mortalitatis sensus iterum subire, illaque mediante cœca pietate, quantum Christianismo decori accesserit, juxta pervidere posset. (a)

(a) Miraculorum a S. HENRICO patratorum syllogeni: no intuitu, cui adspicere oculum fuerit, ER. BENZELIUM ex rubræ vallis Brabantino codice vetusto, conferre potest monum. eccl. pag. 33. seqq. Quae de pontificali bireto, ab occidente capiti applicato, & cum testa, non sine carnis cutisque exulceratione cobaerente, ibi differuntur, quia vetustatis velo turpitudinem diu veulant, in praesentia non moveo; neque de gloriose martyris digito absenso & corvi crocitantis indicio una cum annulo, in quadam glacie particula verè abs cœco viso sublatoque (Nettelbl. bibl. sv. 1. pag. 65. f.), quidquam adiicimus, postquam inde a papatu sphinge illa, seu sigillo, auctoritati & securitati actorum suorum

rum prospicuum voluere, qui sacerdotii ecclesiae bujus  
 supremam praefecturam gerunt. De annulo & digito  
 illud saltem monendum, quod pollici S. ERICI regis idem  
 fatum acciderit, cum eundem Torlacus e Norvegia  
 pontifex quidam (Peringik. mon. II. pag. 158.) praec-  
 sidisset. Nempe eundem sacras praedas agentem & in  
 patriam redire anbelantem tempestates non ante remisisse,  
 quam sacro sanctas reliquias palam remisisset, in  
 metropoli Johannes Magnus testis est. Sed quid quae-  
 so! causae subest, quod non annulus HENRICI, tantae  
 venerationis ctenodium in posteritatem incolumis transie-  
 rit? Certe excusari mihi non posse videtur oscitantia  
 eorum, quos cimeliorum eccles. custodes esse voluit anti-  
 quitas. De miraculo operose loqvuntur universi, item  
 de annulo miraculoso servato. Cur verò de annulo, te-  
 ste miraculi ad posteros transmisso aut certè transmit-  
 tendo ne gry quidem egerint, certe non vacat suspici-  
 one, cui uti potuere, ita quoque debuissent praeveni-  
 re, si aetati posthumae candidè & sincere consultum  
 voluissent. Multò enim facilius illud opulentiae ge-  
 nus, quam carnium & obsoletarum rerum aliarum  
 factores eripi vermibus, ostentationique conservari po-  
 tuissent. Romæ in morte pontificum diffringi solere  
 annulum pescatorum, ne papae de novo electores futu-  
 ri se quocunque modo obligatos putent ad nominandum  
 ex illa gente successorem cui ante modo collata fuissent mu-  
 neris insignia ista (confer HOËBERGS Danska hist. tom.  
 II p. m. 290.) Eodem instituto utrum repertum nostri pontifi-  
 ci annulum mox abolererint ordinis sui sacrificuli, eorum,  
 qui

qui in antiquitatibus hisce, me ipso, sagaciores sunt, iudicium esto.

Quae superstitionibus strenue & cum effectu propagandis supplementa miraculorum adjecit sequior actas, antequam ad ea, quae supersunt enarranda digredimur, recensere neque pigebit. Praeter cellam ligneam miraculose servatam & condendis bodie cerealibus bonis coenisque subservientem (conf. pag. 6.) a Noutensi templo rivoque non procul, in naturali saxo serpentis simulacrum religiosae peregrinitati, a molestè credulis loci inhabitatoribus monstrari solet. Ast cum ludentis naturae prospectus idem parum aut nil distet à venarum spiris & vestigiis illis, quae rupes & prona montium passim & ubique percurrere solent, quid de prodigio illo censendum sit, qui quid interfit inter ea, quae ad licenæ ostentationem, quam ad fidem aptiora sunt, distinguere norit, non e longinquo videt. Interim, quae in insula Melitensi PALLIO fata acciderunt, eadem nostrarum gentium Apostolum quoque mansisse, eundemque omni sine incommodo valetudinis excussam manu viperam monticulo impiegisse, nonnulli sunt, qui pro perspicillissimo habent; imo si qui sint, qui inversae narrationi por omnia assentiri nolunt, Zeli excessum suum versus eisdem exercere non intermittunt. Sed qua in re a MUHLIO, Cimbrio Doctore Theologo admodum dissentire sunt censendi, qui miraculorum singendorum cacoëthen Vastovianam sacrilegam audaciam appellat; & in illius nupera nitidaque editione virtutis id unum desiderat, quod, quae nostrati ecclesiae facta sunt convitia, p. m. editor libri illius

illius, teli genere eodem, quo auctor usus est, commodius non retuderit.

Istiusmodi verò sequioris aevi plebejis narratiunculis non immemor accensimus, quae de cadaveris, per deserta & inculta, juvencorum ministerio indomitorum, abs Kiulâensi palude ad Nousis usque portentosa subvectione circumfervuntur. Tintinabulis aevi illius religiosis deberi, SAXONISQUE de Torchillo Adelfar, ejusque per terras, per laxa, per ignem transvectione, fabulosissime narrata aemulari, non perplexe quisque videt. Quisquis autem lepidissimi commenti illius apparatum locupletem & plenum magis perspicere avet, Hasselqvittium in rosa ante citata, & ex illo Nettelbladum in Biblioteca S Goth. part. I. pag. 66. convenire poterit, suaevae putidincularum rerum curiositati opportune satisfactum videbit.

#### APHOR. XIV.

**V**ERUM non satis erat textilia magnifici operis, columnas & statuas cum elogio, memoriae Divi inscribi consecrarique. Ceu patronus (a) interque Deum & homines mediator muneribus (\*) ad cultum & honorem ificentiam aliis in luper, domi (b) forisque (c) proseqvendus erat.

(a) Post receptam publica praxi invocationem sanctorum, divos inter se sortitos fuisse regiones & civitates; ita familias & status, & singulos homines in ecclesia papæ suum quemque genium habuisse auxiliatorem & tutelarem, satis notum est. De nostro sancto, quo certius constat inter divos majorum gentium eundem regulum fuisse, tanto ad illius res gestas vegetandas, insi-

gnia plura quoque collata inveniuntur. Salutavit univer-  
sa ecclesia S. Gothica eundem incolumentis suae custo-  
dem, omnisque fortunae vertentis aderruncum; sed ita ut  
prae ceteris regionibus Fenningia eundem suae religio-  
nis palladium, suorum consiliorum adjutorem, quasi quo-  
dam proprietarii nexus vindicaverit. Neque damno ali-  
eui fuit cura & providentia ista HENRICO. Etenim  
in illius honorem missas speciales sacerdotibus provin-  
ciae Uppsaliensis, cuiuscumque eminentiae & conditionis,  
imperatas fuisse legimus ( Nettelblads bibl. S. G. II. p.  
139. ) Fenes nosmet non illius nomini & custodiae tem-  
plum cathedrale dedicatum modo, & per cancellos sepulcri  
aut si dicere mavis portatilis capellae illius, aureae  
argenteaeque oblationes factae fuerunt ad expiandam pri-  
fliae caedis memoriam; verum in solemnitatibus, utri-  
usque festi illius, nec non ecclesiae encantrii injunctum  
prælatis & ceteris canonicis juxta quoque, ut proces-  
siones anniversarias sollicitate instituerent, celebritatiq[ue] iste  
frequentes interessent; sive facta unius stope vini ex  
cellario sancti HENRICI abs singulis potiundi, qui in  
illis festivitatibus non tunicati sed cappati h. e. toga  
honoratore indui comparerent. Confer sis Almundi &  
Eigith hist. Salani pag. 135. seqq. item Conradi Bitzes  
episcopi ex archino antiquiss. de primitu statutum, cuius pes-  
nes se apographum servat dissertationis hujus prætes.  
(\*) Visitur etiamnum loco muroque cum sacrario conti-  
nente, ligneum, sed affabre sculptum Divi nostri simu-  
lachrum, cum percussoris sui ad pedes prostrati iconem. Ab-  
est in profinquo sumidum reliquiarum repositorium, fer-  
reis

reis munitum clatbris, per quos donaria sua pridem religio prisca ingerebat. Auri, pecuniae, & aliarum rerum pretiosissimarum in sepulchra illationem, populis pluribus fuisse familiarem, passim loquuntur annales. Ab OTHINO ejusque Druidibus in Svetiam olim invectam fuisse lucrosum theologiam istam, Sturlonides neque dissimulat. Russorum religionem quamvis à superstitionis ritibus hodie purgare instituit, quae cum imperio est, hodierna AUGUSTA, ad suorum sepulchra gentem non ita multo ante tamen nummos quoque projecisse, in multis auctor est Qvenstedius. Nostri sub papatu majores, abs sacrificulis illius cultus instauratoribus, an vero Russis, sedium, quas ipsi tenent, priscis inhabitatoribus desuaserint, explorati nil dicendum babeo. Id scio Othiniani numinis, una cum imperio, cultum in Holmgardiam, quaque patet omnem, ex Svetia transmissam, Upsaliensique domino & dynastae, fiduciario jure isthanc olim devinctam fuisse. Illam quam antiquitatem gentis atque religionis brevi, quod speramus, expediet nostratum civium rarioris ingenii nonnemo, qui veteris Holmgardiae memorabilibus colligendis enucleandiisque hodie vacat.

(b) Ut a' quando praemiorum, quorum jam ante compotes facti fuissent martyres, socii & consortes evaderent, qui vitam mortalem etiamnum viverent, peculiarem sanctum tutelarem habuisse singulos saepe, quem accensis luminaribus & nullis non invocationibus suauissime obseruarent, ante modo diximus, & si divinorum officiorum superioris aevi institutiones percur-

rere res tanti esset, certe non dubitamus, quin colligi inde innumerā possent, quae circa cultum HENRICI superflitosissime obsernata fuerunt. In rem praesentem, quod ad ecclesiae Fennicæ obnoxios atque devotos, satis erit testamenti particulam recitare, & quantum animae suæ curationi in Henrici patrocinio possum existimaverit procerum genitis nostræ non nemo, animadvertere. Fraemissa praemittendis, testator inquit: Th hafwer jag HENRIC CLASSON Riddare / långliga fdt fierom åhrom / i mine wålmacht och hålbrågdo / warit betånekande om mitt Siålagagn och Testamente af them tingom min mildaste HErre/ Skapare och återlösare migh oirårdigan tilhödhet hafwer. Och giör jagh ma Gudh til heders / Jungfru Maria och alt Himmelräkis hårskap/ mitt Testamente/ och skickar thet effter min ålfselige hyssefn Lucia Olofz dotter/ och flere mine wåndners räde/ med wittskap och fullom skålom/ ånta at jag är francker til min kropp/ effter Gudz milde och wålsignade wiha/ i så mårto här efftersöllier. Först / så befaller jag i mins Guds misskundsamliga händer min fattiga Siål/ bidigandes innerlig Guds grundlösa misskund / hans wårdiga moder Jungfru MARIÄ/ och min helgo Patron S:te HENRICUM, at the wårdigas bestärma min fattiga Siål ifrån minom ovånnom i hennes utförd / och til min vsla kropp/ som af jord är skapat / och i jord skal wändas / beder jag ödmjukelsg / och tigger i Gudz namn / af wårdigom Sader/

Fader/ min fläckaste Her Bischof DEO<sup>G</sup> i Abo, Lägerstad i helge lekame Chor i Abo Kyrckia / och til samme Chor gifwer jag mitt båsta fölfbälte forgylt ic. De custode Angelo promiscue culto & compellato eodem, ingeminata precandi formula haec quoque loquitur: Omnipotens, sempiterne DEUS, qui beato HENRICO martyri Tuo largitus es palmam: ejus quælumus meritis & precibus, gratiam nobis largiare & gloriam per Dominum nostrum etc. Haec quamvis prolixiora omnia, adduxisse non nocebit tamen, ut quibus ritibus majores sua sacra obierint, & quam a papisticis illis evangelica nostra longe dissent, non e longinquæ quisque videre possit.

(c) Ad mercaturam, ad judicia & leges accipiendas, nec non lites dirimendas, basilicas suas cives & rustici Romæ olim, status diebus convenere. In Olympicis neque alio fine veteres Græcos confluxisse, tralatitium est. Apud ceteras gentes, etiam majores nostros, ethnismo durante, mos idem invaluit. In Fennigia post receptionem factam utriusque festi Henrici inter Neuvæ*ius*, ista duo tempora celebrandis nundinalibus antiquitas imprimis dicata esse voluit, idque non distractio ni mercium, quae hujus sunt seculi solum, sed & religionis mangonio, cuius, quam fluxarum mercium negotiatores laici, non minus Fordidi institores fuere eiusdem aetatis sacrificuli. Hodie quamvis sacrificiorum & indulgentiarum omnis in nostris nundinis mentio obsolet, in calendario tamen anniversaria observatione, sub eodem nomine Aboæ & Oerebrogiae recurrere, inque iisdem

dem non merces quaefui prostare modo, sed & rusti-  
carum & urbanarum, imo ecclesiasticarum quoque rerum  
ordinandarum commoditatem, festo fervente illo, pristis-  
num in modum, quorum interest, sectari solere, usus  
ipse loquitur.

(d) Eo processit supersticio & religionis nimetas olim, ut  
sanctis diversorum nominum, feudi beneficia non unius  
generis insuper offerrentur & reciperentur, ut servitiae  
vivorum tanto solicitus invigilarent. Praefecto feu-  
dali Romano omnia orbis regna & quidem primario  
Angliam rectigalem fuisse, chronica illius ecclesiae testan-  
tur. S. HENRICUS ex Anglis oriundus, Finlandiae uni-  
versae & quidem praecipue Aboësis ecclesiae patronus  
suas possessiones, sua rustica praedia habuit, quae pro-  
prietario jure ipse, usufructuário vero vasalli & cli-  
entes ejus sibi arrogavere. S. Henrichs Landbönder  
dicebantur coloni mancipes facti aro nostro. Subur-  
bana villagia mercenariam operam subtractioni aedis sa-  
crae, templiorumque usui canonicorum alieris diebus  
exhibuere. Ceteris censitis bonis mensibus, quod ad  
usumfructum, annumeratum quoque fuisse frumentariae  
molae machinamentum Hollensem, tabularium antiqui-  
tatis archivi, inque illo Aboënsis registri excerptum  
quoddam, nos non ignaros esse voluit.

APHOR. XV.

**Q**VANDO QVIDEM IN ORIENTALIUM PARTIUM HARUM  
INFIDELIBUS NON FIXAS ALICUBI SEDES HABUIT HEN-  
RICUS, VERUM PER LOCA QVÆCUNQUE, QVIBUS APPA-  
RERET SPES SUBJICIENDÆ CHRISTO GENTIS ALICUJUS, LI-  
BERE

bere volabat (a) non ordinarie episcopum Aboensem, sed apostolum, quamvis degeneris aevi, eundem salutandum esse existimamus. (b).

(a) De clericorum, ex concessione papae, libero volatu, confersis. NEITELBLAD, Biblioth. Svetb. III. p. 28. not.

(b) Quamvis recentioris aevi chronica nulla non institutionem cathedrae hujus, HENRICO, seu protomartyri ecclesiae hujus, adscriptam velint, more, quo institutum civitum primordia ad heros & divos referre, legislatoribus priscis, moris esse solebat: Nibitominus tamen, cum (a) quae post Henricum invaluit ecclesiastica regni divisio, vivente illo, nulla adbuc introducta fuit, (G) In Finlandia gentili neque adbuc existeret tam numerosa seges clericorum ut pontificali cum potestate, eidem praefici unum aliquem opus esset, ne de eo (y) quid dicam, quod bullae papales ad manus plures sint, ex quibus, extincto HENRICO, ecclesiam prope dissoluntam banc ipsam antistiti Upsilonense paruisse constat (Vastovii vit. aquil. edit. Colon. pag. 155. 161.) Hinc qui non relate & singulariter certi alicujus loci episcopum, sed apostolum, hoc est, orbis praeconem eundem egisse urgent, inter officias aevi illius, ad veritatem septum & securum magis iter tenere sunt censendi.



Til Höglärde Herr CANDIDATEN,

När EDERE mogna wett vr mörckret letat fram  
Hwad vi än längtat se om HENRIC, Biskop lärdes/  
Som wantron rota ut/ hwar i vår Fäder härde;  
Tå bör mig thckes/ wiss/ ER flit at sådant fram

Hopleta med besvår och sedan hyssa syngegt/  
Med losord och beröm/ samt tacksamhet hemdats;  
Skönt thet är ringa lön för mycken tid/ som nötas  
Mäsl' i et arbete/ thet ther warit svårt, och drygt.

För min del kan jag ej förtiga/ det jag har  
En särdeles fägnad at se THEON til målet hinnas/  
Som min förföring haft i ömt och troget siare;  
Hvarhos jag önskar/ at ej himm'len undandrar

En rik belöning: men bl dt wärdes låta ske/  
At ER priswärda flit och stads osparda möda  
En dastlig lyckes frucht utaf sig måtte föda/  
Och J ER wilgång må uti jemna grössta sei!

Kärliga lemnat  
af  
Herman J. Heintzius.